





colorchecker CLASSIC

+




+

x-rite

mm

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20
(cm)



Albertus

Alexius

Mithred

Acacia

Litt

dep

18

thus
ius
book

~~H 57~~

~~27792~~

XV: Sieck.

618

Table des ouvrages Contenus dans ce Recueil.

Michelis Alcibi de memoria artificiali libr.
pag. I. #107

ars memoriae et obliuionis authore Adamo Bruvio
pag. 13.

Giedeon nomenclator mnemonicus. pag. 82-

artis memorativaes Mathewi tractatus cum nonnullis
plinii et gordani documentis. pag. 117.

faenix petri Tomatis memoria magistri. pag. 125.

jacobi pubblii in arte memoria libr. pag. 141.



111

• Regis

anachoritico exposito secundum doctorem Bernardum (170)

• C. I. 1705

158. "pro. omnibus invenientur etiam invenientur
idem omnia invenientur in libro scilicet omnibus idem
• 159. "pro. invenientur in libro idem
• 160. "pro. invenientur in libro idem
• 161. "pro. invenientur in libro idem
• 162. "pro. invenientur in libro idem



N^o 16009.

Johannis Michaelis Alberti carrariensis de omnibus
Ingeniis augēde memoriæ ad prestatissimū
Virum Alouisium Manentem Incliti Venetorum Senatus Se
cretarium libellus foeliciter incipit.

618

Que tibi debeo: respicias Clarissime Alo
uisi: nullius profecto momenti erunt
munuscula nostra: ei enim: cui cūcta debeam: nulla
merces digna rependi potest: Verum si qualia ea
sint inspexeris: si quo animo data sint libeat intue
ri: hoc negocium tuo patronatu non indignum iudicabis: Scripsit
mus enim de nutrienda memoria breuem tractatulum: necessaria
quidem (ni fallor) continentem: precipuaqz subsidia: que ppagare
alii scriptores noluere conscripsimus: hunc ad te quidem mitto: z
cui tamen et memoria: et ratio: et integritas abunde suppetit. Sed
tua gratia hec ceteris imptio: Neqz qu Vene*t* senatus secreta tra
ctes: hunc secreto tenendum: sed prius corrigendum: mox propa
gandum ceteris. Bene Vale: et tui Michaelis Carrariensis memer
esto: qui omnium memor esse soles.

Libri Vnic*i* de memoria Incipit Cap. primum

Emoria inter divina humane nature commoda
Teste meo seneca: primum sibi locum usurpa
uit: Nam multa legere studiosis facile: multa
quoqz intelligere bono: atqz exercitato ingenio nō
difficile est: Verum ea congerere: et in scrinio
memorie conseruare ita: ut non effluant necessa
rium: ac precipuum est humane vite bonum: ut
testatur Plinius libro septimo cap. xxiiii. Quis enim non admis
retur: quod Cicero dicit secundo ad herenium: quarūqz: aut legeri
mus: aut audiuerimus ipso ordine reddere: ut prope modum nihil
nostra intersit a medio: an a calce: an ab exordio icipiamus: aut qu
non admiretur Carneadem grecum: bibliotece qui uolumina me
moriter legentis more representauit. at ne huic nostre etati inuidie
amus Franciscus foscar du*x* Venetiarum inclitus tan*a* memo
ria fuit: ut quecūqz toto sui regnī tempore egerit dixeritqz: ea cum
esset opportunum repeatat: hominumqz nomina: et tempora quibus

- f 1

a.i.



818

ea gerebantur sine discriminē cōmemoraret: eiusdē quoq; senātus
Senator clarissimus Dominicus Georgio tenacissimā memorīa
sapientie uberrime copulauit. In porandis enim causis: et multos
audire aduersarios: et eis ipso rerum ordine seruato respondere so-
let. Cyrus omnes suos milites nominatim appellabat. mitridates
duarum et uirginū gentium rex totidem linguis absq; interprete:
et audiebat: et alloquebatur. Cyrum igitur Frāciseo: Mitridatem
Dominico comparemus: et inueniemus habere tpa nostra: quo su-
perbiant nihilq; priscis se inferiora putent. Igitur iis quibus
non est tam precipua memoria laborare opportet ut cā assequātur
sine qua uix in uirum excellentem quisq; emergit: fieri enim solet
ut q̄tum quisq; memoria emlneat: tantum eniteat et sapientia: nisi
sit somnolentus atq; oiosus. Poete enim nō abre sapientiam me/
morie filiam finixerunt: et rectissime Afranius de gignenda comp-
andaq; sapientia scripsit hiis versibus. Usus me genuit: mater
peperit memoria. Sophiam me uocant greci: Vos Sapiētiā. Quo
igitur Ingenio ea acquiri: augeriq; possit hoc nostri opis loco di-
seramus. ¶ Placuisse constat Ciceroni memoriā habere quiddā
artificii: et non omnem a natura pficiisci: Sic igitur et nos prius
de artificio memoria: que locis: imaginibus q; constat agamus.
postea doceamus quo medicamine ēt acquiri ac solidari possit: et
et breuia quidem sed clara: et expertissima ponemus. ¶ Localē
memoriā primus omnium inuenisse traditur Simonides medit-
cus: Verum inuentam multo diligentius excoluisse Metiodorus.
Sunt autem: ut Aristoteli placet duo actus memorationis: memo-
ria. s. et reminiscētia: q̄q; reminiscētia respiciat ea qbus sumus
obliti: sitq; extinuative uirtutis officium: non principaliter me-
moratiue: ut Auerois: et Albertus in suis tractaculis uoluere: hec autem
sine presentia obiecti in homine solo est. Nam cum
obiecti presentia etiam reperitur in bruis: ut dicit Aristo. et in ea
ne uenatico fatis pater. ¶ Memoria est retētio ymaginum prius
ab anima perceptarum: que tamen neq; utilis est: nisi ei omnes re-
tineat: et eo ordine quo eas concepit reddat, hec uero neq; presen-
tium neq; futurorum est. sed ut dicit Aristotiles preteritorum rātū
Igitur si philosophorum sententias interius perscrutemur ad me-
morandum quattuor motus concurrunt. ¶ Primum est motus

Spiritu[m] qui a cogitatiua ad memoratiua in figuras transportat 2-

C Alterum est pictura fixioq[ue] figurarum in ipsa memoratiua.

C Tertium est reportatio earum a spiritibus a memoratiua ad cogitatiuam. **C** Quartum illa est actio qua eas cogitatiua recognoscit: que proprie[te]t memorari. ad cuiuslibet harum quattuor rerū defectum necesse est deficere et memoratiōem: Quapp Isaac Salamonis filius bene memoriam diffiniuit: Qod sit apprehēsio in anima existentium rerum cum indagatione et inquisitione: Verū de ea copiosius hic agemus ubi de medicinalibus auxiliis fiet mētio. Nunc: artificio prius memorā instituentes: que oporteat de se prestare uolentem memorari prescribemus: Sunt enim precepta .xx. **C** Primū est: ut quecunq[ue] sequuturi sumus studia ea prestantissima pulcherimāq[ue] diudicemus: in hocq[ue] nos felices iudicemus: si eam disciplinam abunde fuerimus consequiti: neq[ue] omnem audiēmus preceptorem: sed excellentem dumtaxat: qualem non modo laudare: sed etiam cogamur admirari: In qua re profundissime sapientie consilian fuit Philippi Macedonis: qui prima etiam rudimenta litterarum uoluit Alexandrum ab Aristotile doceri: sic enim fieri solet: ut cum preceptorem discipulus quasi animi: atq[ue] ingenii patrem ueneratur: dum eius graues miratur sentētias Errigatur in animo appetitus sitis q[uod] descendit: qui generosu[m] inuidia appellari solet: q[uod] plurimum ad perficiēdū habet iumenti. Recte ergo Cicero scripsit secundo ad hereniū que in puericia suscipiuntur recte reminisci: quia nulla nisi re noua et admirabili commouetur animus: quod scripsit: et Commentator hiis uerbis. homo memoratur multotiens quod fecit in puericia bona rememoratiōe: quia illa etas multū amat formas et figuras et multum eis delectatur: figuntur igitur in eis bene et propterea difficile dimituntur: hāc ob rem omnium sapientum dux optimus Aristoteles scientiam de anima bonum honorabile in principio sermōnis nuncupauit: ut excitaret ingenium: q[uod] ea bona precipue desiderari soleant. Caeuant igitur parentes: ne illis filios dedant stu[diis]: que ingrata illis esse cognouerint. **C** Alterum est ut eam scientiam difficultem perpaucisq[ue] bene cognitam existent. Sed illituisse sententias ambiguas: quas extricare per pauci homines norint: cōsurgere oportet ingentū: opportebitq[ue] ut

a. ii.

Memoria diffin

in eas penetret : hec uero animi erexit memorie perutilis est.

C Tertium est: ut siue audiat; siue legat tota id faciat attentione: omnes q̄ animi vires cōgreget: neq; eas sparsim errare patiatur: que enim attētus didicerimus ea nō facile dilabetur: hic enim sit: ut Aristotiles dicit: ut in loco: que semel attente audita sunt lōgius in memoria permaneant: q̄ que cum negligentia sunt multo tenuis audita . Recte itaq; Plato in principio thymei probum auditorem sub silentio scripsit: mentem: atq; aures comparare . Ille enim teste tuo Cicerone est docilis auditor: qui attētus paratus est audire: quasi actus actiuorum in disposito paciente esse conueniat. Attentio enim mentem ad doctrinam bene disponit. Cōseruari nequeūt nisi que preintellecta sunt: Nam et a Gorgia sapiēter est dictum: et a meo Terentio sapientius repetitum: Vbi intenderis ingenium ualerit. **C** Quartum est: ut que multa collecturi sumus: q̄tum fieri potest ad paucitatem: breuitatemq; reducamus. Nam ut patet si to pichorum uniuersales propositiones in memoriā habuerimus: facile erit ex eis ad particulares materias argumenta formare. Vgo namq; in didascalione dixit: aliter adiscentem pcedere: aliter memoraturum. Ille enim qui discit: genus seccat in species: et eas rursus in alias: usq; ad specialissima. memoransem autē opportet multitudinem colligere in unum: aut saltē in pauca. Habet. n. oīs oratio super quam fondetur basim . eam decet notare: et coniūtiōnēm quā ex ea deduxit modū aut deductiōnēs facile q̄s in memoriā reuocabit: si basim ipsā: cōclusiōnēmq; tenebit: nā et Gallienus primo tegni Cap. primo: facile inquit omnia memorabilia sunt ex termini dissolutione. **C** Quintum est: ut rerum ordo ante omnia diligat: ut si tertium uerbi gratia canonem collecturi sumus: scia t̄mus duas et. xx. fen. esse: earūq; ordinem ab ipso corpore hoīs receptum. Primam fen in tractatus sectam comprehēdemus. Primiū deinceps tractatū in capitula: capitulū in cūclusiones seccabimus: et sic earū ordinē cōstruemus: et ipse doctrine ordo dabit ordinē: quia prior in alteram ordinatur. **C** Sextum est: quod a Cicerōe et. M. fabio. Quintiliano est traditum: ut singula sepe repetantur: ueluti: ut in priore exemplo uersemur: cum post primum capitulū alterum didicerimus: et primū: et secundum animo repeatamus: cū didicerimus tertiu: et primum: et alterū cum tertio nihilominus repeatemus: atq; ita deinceps: donec totum tractatum teneamus. **C** Septimū est: ut cum multa complecti uolumus: ea membratim

secemus. Nam dicit in rhetorice Marciānus. ne confusa multa
tudo ebet memoriam id fieri decere. **C** Octauū quod Boetius
docuit in suo de scolaſtico disciplina: Erit frēquēs ac diuturna de
eadem re cogitatio; atq̄ disputatione. Nam si differendo aut capias
aduersarium; aut capiaris ita; ut aut laudem assequaris: aut uituperiū.
Inscribetur id ipsum demum ita in animo: ut nequeas etiam
si uolueris obliterare. que precipue cum obbrobio: et erubescen-
tia discuntur fixiora sunt: eamq; ob causam mēns tenacissima est
in iuriarum. Mira igitur laus fuit Cesaris: qui nullarū rerum nisi
in iuriarum immemor fuit. prōderit igitur uersari cum hominibus
consimilium studiorū: et de eis assidue disputare. Nihil .n. mei
memoria perdit; nisi ad quod sepe non respexit: ut ait Seneca quarto
de beneficiis. Et Vgo principium in lectiōne scribit esse considera-
tionem et confirmationem in meditatione. Verbum etiam Aristoteles
est. meditationes memoriam saluare. est autē meditari aliquid mul-
totiens speculari; non ut ipsum est: sed ut ymago alicuius: et apud
Ptolomeum in principio almagesti. meditatio ueritatis est clavis.
C Nonum est: quod Beatus Thomas imperat in epistola ad fra-
trem studentem: ut per ea: que non intelligimus nō uolitemus: sed
ea prius intelligamus: q̄ curramus i posteriore; neq; ita curandū
est: ut multa legamus: q̄ ut multa intelligamus. **C** Decimum est:
quod Quintilianus auctoritate Platonis scriptis libro xi. de insti-
tutione oratoris. ut. s. non obsint memorie littere: ne que scriptis
reponscimus uelut custodita desinamus: et litterarum securitate di-
mittamus. **C** Undecimum quod idem p̄dēm Quintiliani est: ne
ciborum bona digestio procuretur: ut que obsunt memorie fugia-
mus: que ei conferunt in usu sint: de quibus suo loco (q̄tum sati-
est) tractabimus. **C** Duodecimum est: ut animum ab aliis cogita-
tionibus: q̄tum fieri potest liberemus. solent enim ea precipue gra-
tia bene memorari religiosi: ut Gordonio placuit: quia positi in so-
litudine minus variis cogitationibus distrahabūtur. **C** Tertium de-
cimū est: ut si fieri potest ea non solū audiamus: sed et uideamus
que in memoria habenda sunt. dicit enim Aristotiles: quod semel
uidentes magis memorantur: q̄ easdem multotiens audiētes. pro-
pterea consulebat Guido pater meus: ut simplicita: que legēdo di-
scremerus etiam oculis si fieri posset aspiceremus: sic enim fieri so-
let: ut nō facile efflucent. **C** Quartum decimum est: ut de rebus

singulis interrogati non confessim; et absq; meditatione respódeamus; sed prius queramus per arcuam memòrie nostre; qd: quali terq; sit respondéendum: quia damascenus particula secunda aphorismo quarto dicit. Si interrogatus semp̄ uelociter respódeas dubitandus es. in cuius commento dictt Remigius: quia responſionem subitam inconsideratam esse opportet. Nemo autē absq; consideratione potest esse precipiūs. **C** Quintum decimum est ut quia teste Quintiliano libro primo. non potest abnegari differentia ingeniourum. Alterūq; altero plus posse nemo dubitat: metiatur unus quisq; uires suas: et ut dicit Paulus apostolus probet se ipsum: tamq; ingerat memorie sue: q̄tum ea capere: et tenere potest. uenti stomachum inutile est supra eius uires onerare: sed tantum conuenit accipere: q̄tum potest concoquere: et propter hoc non impinguatur corqus gulosi: quia quod comeditur non nutrit: nisi digeratur. Ita q̄ discitur: nisi retineatur parum prodest: cum de his: q̄ legimus: aut uidimus id solum scire videamur: quod memoriter scimus. adduci posset illud Oratii carmen. Summite materiam ueris: qui scribitis equam Viribus: uersate diu: quid ferre recuset. Quid ualeant humeri. quod si altero peccādum est: me cōsultore: tutius est minus: q̄ nimis accipere. Verū ut in stomachi similitudine uersemur. si quis q̄tum opportet retinere non ualeat: numerū multiplicet: et continuam imminuat q̄titatem. **C** Decimum sextum est: ut hore certe studio decernātur. Ille precipue: qbus et uacuus est stomachus: et ingenium uaporibus non obtenebratum: et oīa tenet silentiū. Igis cōticina: et matutini galli catus eligātur: curemusq; ne temporum rationem fortunae motus infringāt: quomodo: quas decreuimus studio horas iū eo non absoluamus. Nam si Cesar Augustus in bello Mutinensi legere quotidie: et scribere solebat. si Iulius Cesar: que die gesserat. cum orbem pacauit: ea noctu furtiuis lucubrationibus scribēbat: et precipue tanta cū elegantia: ut a Quintiliano libro decimo cap. primo Mire laudetur: Quid obsecro poterit: quid inq; poterit urbano ocio interuenire: quod nos a studio abducat litterarum. **C** Decimum septimum ē: ue lucra quotidiana unusq; q̄ recesseat: quotidianeq; cogitet: quid didicerit noui: quid ue lucratuſ sit: proderit. n. plurimum ad perficiendū. Sapiens censorinus Cato q̄cūd die fecisset: et legisset: dixissetq; uesperi commemorabat. Socrates etiam id tuis perdidis

21.

se se putabat: quo sibi: aut aliis nō profuisset. Recensiccamus igit̄
et nos diurnos labores nostres: ut nōb̄is demum: et posteritati pro
desse ualeamus. **C** Decimumoctauum est: ut iacipiamus adhuc
paruuli memoriam exercere: hec. n. ueluti gladius: nisi exerceatur
rubigine consumitur: Erit igit̄ hec parentum: et preceptorū dili-
gētia: ut prima etas exerceatur. Nām quo fuerit imbuta recens
seruabit odorem: Testa diu: et ueluti de cibo prediximus Ita pueri
paucā dīdicisse sat erit: cūq; adolescent: et discēdorū copia cre-
scat: neq; tamē: ut placuit Quintillano: flagellis: aut uerberibus
cogantur: sed preponantur premia: laudes q; pro meritis: in loco
et supra merita afferantur. **C** Decimūnonum est: ut si laxādus
sit animus: quo postea integrior: fortiorq; consurgat. non in ob-
scenis rebus ueret: sed mutato id fiat studio. Remittere. n. animū
q; amittere melius est: ut scribit Ausonius. aut ergo ad litteralia
alia studia transeundum est: aut ad musicalia exercitia: que: ut au-
ctor est Emilius probus grecis in magno honore erant: ap̄d nos
quoq; non cōtemptui habentur. Sed sunt: qui ludere malint: quod
pati ēt possem: si honestus sit lusus. si sine fraude. si sine iureiū-
do. si brevis. si premia: aut nulla: aut exigua proponantur. ad sym-
bolū magis: q; ad ditandum accōmodata: neq; taxilli interueniāt:
aut alius huiuscēmodi lusus: in quo plus iuris fortū habeat: q; in-
genium. Exercent. n. et ludi memoriam. Sceuola aliquādo ludo
xii. scruporum lusit: cūq; prior calculum pmouisset: effetq; uictus
dum rus tendit repetito totius certaminis ordine quo loco errasset
recordatus ad eum reddiit: qui cumluserat. ifq; ita factum esse cō-
fessus est. faciat idem et nostri interdum adolescentes: Verū neq;
diuturnā: neq; frequens sit ea exercitatio: neq; ea hora: que studiis
delbetur: moxq; confirmato ingenio reuolēt ad studia. **C** Vigessi-
mum est: ut nō anteq; deceat a preceptoribus distrahantur. Ait. n.
Hyeronimus se credere p multos in uiros claros euadere potuisti
se: nisi prius discipulos esse puduisset: q; sapere cepissent. Tam diu
igit̄ preceptorem audiemus: q; diu eo preceptore nos pficere in-
telligemus. Itaq; eum: ut ingenii patrem uenerabimur: lateri ad
heremus: ut et Cicerō dicit. quoad fieri poterit: et licebit ab eius
latere nunq; discedemus: quippe: ut fiamus eius presēria doctiores
nullusq; sit tam durus baculus: qui nos ab eo reppellat. proderit
tamen uicissim: que didicerimus alios docere; proderit et dictare;

Ludus qualis

castigatio
quodlib.

Ordo

simile

et declarare: et interrogare: et respondere. Dubitareq; de singulis: dum id siue ratione non fiat non erit inutile: et optare: ut quotti die aliqd excudamus: quod sit ppetuo nostru; neq; id Plinii in epistolis nos lateat: q; alia omnia alium atq; alium patronum post nos habitura sunt. Castigariq; non modo nō egre ferat: sed ameret et uiuissim castigare assuescat. Verum in castigatione modus habens ē, ne. s. cū uituperatio; aut castigati infamia fiat: sed mitius honestius: clariusq; q; fieri possit. Intelligat magna te eius pie! tate ducrum: ut errata castiges. Hec sunt quidem: ni fallor: precepta discendi: que si diligenter obseruabuntur pdesse plurimū adolescentibus omnibus poterūt: obesse nullis. ¶ Nunc de artificio agamus memoria: quod faciemus ubi precepta reminiscentie ab Aristotelle collecta prius scripsera;. Sunt at quoq; ¶ Primum est ordo: et reminiscibilium consequentia. cum eam didice! rimus ex ordine cum conexione: et dependentia si aliquo corrum erimus oblii facile repetito ordine reminisci poserimus. Scito enim antecedēte facile sciemos et cōsequis: et depeditū inueniemus: Recte igitur dicit philosophus. Que bene inuicem ordinata sunt bene reminiscibilia: que uero male grauiter: Nā quo ordine prius res apprehēse sūt: et considerate ab aīa eo ordine se habēt motus hoc ē impressioes facte ab anima. Motuum autem ordo: et cōsequētia cā ē reminiscēdi ex primo, n. motu reminiscimur secūdū: hoc aut patet in pueris primo adiscēibus alphabetum: qui ipso litterarū ordine reddere interdum sciūt: ordine uero cōmutato nō sciūt: unde ē precipere solemus: ut repeatat principia: et p ea deseedat ¶ Alterū est: ut et uno simili in suū simile prouehamur. ut si herodoti obliuiscamur de Tito liuio recordati latie historie patre: in grece hystoric patrem herodotum pducemur. ¶ Tertiū est: ut contraria recognoscimus, p ea. n. in loco docemurea: quoru obliti sum⁹ contraria: ut memores hectoris reminiscimur achilis. ¶ Quartū ē: ut loci ubi res tractata ē: p̄pisq; reminiscamur. sic et p̄sōe et cāc p̄p quā ea fecimus reminisci cogitit: Vnde beatus Augu, sua peccata recognoscere uolēti hec recēlere p̄cipit. focus. n. apd arist. p̄neipū ē reminiscēdi. ¶ Quintū p̄ceptū ē: uta p̄petrate res repeatat. ut si saginati memorīa habere uelimus: dionisio syracusāo recognoscimus q; ut auctor ē Iustin⁹ p̄ sagina uisū pdidit. si caballi eqū recēsēmus: aut doloris capitīs: quo sepe propter ebrietate affligitur; aut

alicuius rei similis: ex qua facile reminiscētia nascetur. Verum cū
de figuris erit oratiō: plura; que adhanc rem pertinent afferemus.
Iam de memoria incohemos. ¶ Artificiosa memoria; ut Cicero
dicit secūdo ad hereniū: ex locis: ueluti ex cera; aut tabella; et ima-
ginibus: ueluti figuris litterarum constat: Sic enim fieri potest: ut
que accepimus quasi legeates reddamus: neq; multum intersit an
a uertice au a calce incipiāmus: locos ipsos ordinatos esse oportet:
Nam si in eis confusio sit; confundātur omnia necesse est; multos
etiam eos esse decet: ut multa locari eadem exercitatione possint.

¶ Cicero cētum eos satis esse iudicauit. Beatus Thomas plures
habendos consuluit, hos multi uariis artibus quesiere: Metiodorus
in signis duodecim; p que sol meat: tercenos: et sexagenos inueit
locos, q tot gradibus apud astrologos obliquus ille circulus secca-
ri soleat. Verum auctore Quintiliano. Vanitas fuit istius philosol-
phi: atq; iactatio in sua memoria potius arte q natura gloriantis.
Marcus Cicero familiarem domum effinxit: locis discretam mul-
tis: placuitq uiro illustri: ut inter locoru singula quinaria: uel ma-
num auream: uel aliud quid discrimen fingeremus: quo alter ab al-
tero secernatur: in eis q immobilem ordinem haberi: ut semp dex-
tra et ingrediamur et egrediamur: singi enim figure poterūt: neq;
erit difficile: ut suis locis figantur. Guido pater meus ex animali-
bus cepit locos suos: et eorū ordinē ex alphabeto latino deduxit:
ut a singula littera unius animalis nomen incoharetur: perinde ac
si noia hec sint. A sinu. B aſiliscus. C anis. D raco. Elephas. Fau-
nus Grifh'. Hycrus. Iuuēca. Leo. Mulus. Noctua. Ovis Pāthe-
ra. Qualea. Rynecheron. Simia. Tāurus. Tigris. Vrsus xistus.
Philosophus. Yena. Zacheus. hec si singula in quīque locos di-
uidebat: in caput: in anteriores pedes: in uētrem: in posteriores pe-
des: et in caudam. Nam hunc ordinē ipsa natura porrexit: neq;
confundi in eis enumerandis ingenium potest. sic itaq centum et
quādecim locos nactus: in eis rerū memorabilium ymagines scul-
pebat: ac ēt in loquentis facie multa ingenio scribi precipiebat: in
capillis: in frōte: in oculis: sicq; seorsum ad pedes descendit: mihi
uero facilimum uidetur: non modo centum sed propemodum infi-
nitos locos effingere: cū nemine lateat situs ciuitatis originalis:
Igitur cū p portā mens ingreditur: dum seccans se ad diuersas
regiones: uias considerat: dūq amicorum domos: edes deorū: pre-
toria publica repetit miram locorum quantitatem assequetur. Accedet

ad hoc potestas atria effingendi in quibus quantum libeat numerum locorum faciet: ut inscribi quecumque uoluerit possint. de locis igitur satis hec sint. ¶ Nunc de figuris differamus. Earum quoque exercitatio preceptis septem absoluetur. ¶ Primum est: ut atriū moueat figura; aut misericordiam aut admiratiōem. hec. n. facit etiam puellas recordari: ut inquit Auicena sexto naturalium particula quarta. facile enim inuenitur quesita figura que affectū animi cōmouerit: exemplum hoc est. in ore asini rabidi caput Antonii constitū motibus fere ossa cōstringi. cruentem effluere illū auxilia petere. et passis palmis uociferare. fieri non poterit. ut cum uolero non videam hunc oculis mentis meū: et reddere Antoniū nesciā repetēti. ¶ Alterū ē. ut atriū simile p̄ simile aur p̄ cōtrariū. si gurem? aut p̄ p̄prietatē. p̄mi exēplū est: ut si nomē Auicēne sim locatus. Aliius illistris medici nomen scribā: cuius aut par sit aut paulo debilior auctoritas. secūdi exemplum est. si idem per indocti medici nomen cum irrisiōe cōscripsero. si Tertitem p̄ Achilleū bonum per malum. informem per formosū annotauerō. Exēplū tertii est. si Ouidium per magnum nasam Platōnem per humerū amplitudinem. Crispū per anulatos capillos. Ciceronē per Gelasinū sculpsero. quin ipsa nominis origo. ipsa declinatio facere ad tenendum aliquid potest. ¶ Tertium est ut a tenellis unguiculis assuecamus locare: et cum quotidiana exercitatione crescamus. q̄q̄ etiam adultis prodeſſe solet ista doctrina. efficacior quoque fiet habitus si quecumque aut dicturi aut facturi sunt: sic locent quecumque etiam inter confabulandum audiunt sic pingant. mores gestus temporaque sculpant. scio enim breui tempore sient exercitissimi. ludere etiam prodest alterum cum altero: illum uincere qui plura clarius ordinatus uelociusque retulerit. ¶ Quartum est ut omni quinario rerum signādarum repetamus a principio ea quāq̄ signata: solet enim repetitio ad memoriam ualde conferre. ¶ Quintum est: ut que non sunt simplicia ea per componentium similitudines statuamus uerbī causa. qui memorari uoluerit huius enunciationis. Cicero cum ortensio disputauit. Ciceronē legumen in orto singam quod de orti sterilitate cōqueratur. sic. n. et Cicer. Ciceronē et ortus ortensium: et querella disputationē reprezentat: Sic enim seruari solent: et capita legum: ut si locanda

6.

illa lex sit publicati semel testamēti fides. effingemus dicā testamētū
talē patentē: cui quis pīā cenum iniecerit: ut eius fides aboleretur.
ecce. publicati semel testamenti fides relegi poterit. Verū hec faci
llus fīet si assit doctrina et plena rerū memorādarū cognitio. neq;
desit consupta. et inueterata exercitatio. nam et medicus medici/
nalibus et iureconsultis plebesitis facilius recordabitur. ¶ Sex
tum est ut Silogismos reddituri medium terminum precipue cō/
prehendamus. eo cognito modus figuraq; Syllogismi ipsum ordi/
nem proprietorum uerborum apportabit. neq; quicq; facilius capiē
aut tenetur: quia quo tempore aduersarij propositionem assum /
ptionem et conclusionem facit: dumq; eas approbat daturum ad fi
gurandum ydeam mediī terminī longius spaciū: quo noto si ma /
teriam non ignore: si quo ferratur argumētum intellexeris: si lo /
gicos canones non nescias: errare nullo modo in reddendo potes
¶ Septimum est ut cum ignota barbaraq; nomina sumus serual
turi: ea aut per quid simile aut per ipsas sillabas scribamus. Fiet
hic locus clarior exemplo si seruandus sit hic sermo. Cimergot
aender. primum considerare ebuenit utrum hii termini in lingua
nobis cognita quid significant id si contingant facilius scribentur
Perunt enim Cimergot apud germanos deū significare si id non
contingat alio fingemus ingenio lingua uernacula summitates ar
borum cimme nuncupantur. Got apud illustres uenetos ciatum
representat: singito igitur. Cimmam unam mergi in ciato. Ciātū
q; ad undas illidi et fluitare: et ne ultima perdatur terminatio: et
litteram et undarum confictū audiemus: sic Cimergot aender re
legi facilimum est: hec sunt quidem nō inutilia memorandi: Verū
ego profecto subdubito: quod et Quintilianus scripsit: ut. s. hec
omnia id ipsum conferant si nomina eodem ordine quo sunt accel
pta reddenda sunt: hoc fecit Simonides in conuiuīis quos cadens
atrium atruerat: conferre etiam in reddendis syllogismis. Nam
et nos id fecimus. et alias uidimus factitantes. Verum hec minus
professe poterunt in eis ediscendis que sunt perpetue orationis:
Nam et sensus non eandem ymaginem quam res habent et diffi/
cile uerborū ordo seruari queat: q; preterea tot locos: tot ymagines

ne dicam habere: sed ne sperare qdem potest: ut quinqꝫ contra no
uem secunde actionis libros notare et reddere cōfidat: qꝫ illustris
orator. Dominicus Georgio singulis rebus proprias figurās ha
beri posse cōfirmeret: ut cōiunctiue: conditionali: rationali: reli
quisqꝫ particulis orationis proprii characteres affingantur. quin
accentus etiam posse signare constantissime affirmat: Quam esse
possibilem non abnegauerim: apud Auicenā: possibilitas est res
ampla: et ipse fortassis precipuus orator. Dominicū dico. id fa
cit: qui reddere lecta: atqꝫ audita ipso ēt ordine sillabarū solet. mibi
certe nondum id exercitū contigit: multumqꝫ ego iam dubito
paucos esse homines: qui emergere in id culmen ualeant: etiam si
omnibus uiribus erint: Alii seccādam esse orationem in par
ticulas censuere: cas postea prefigi. Verum aut singula locanda
sunt uerba: aut in eorum ordine reddendo errandum est. Quapp
si iudicio bene ualeo oportet excogitare alia ratiōem memorandi:
qua possumus pdesse pluribus: eaqꝫ tua gratia scribere: et publicē
docere: que philosophi antiqui cellare maluerunt. id nos ingenuis
faoiemus: medicamina conscribentes: neqꝫ tamen negabimus: que
sunt hactenus scripta plurimum ad memoriā cōferre: solent enim
nonnulli eis artibus multis notariis simul dictare: notare in qua
clausula sistant: cum ad alterum itur: ut reuerit sciant et sine posu
latione sequi. fuit Iulius Cesar in hoc genere ostentationis dicta
re et audire solebat ep̄stolas rerum tantarum: quaternas pariter li
braris dictare: et si nihil ipse scriberet: septenas: quam rem non si
guris sed naturali ingenii bonitatem faciebat. hāc igitur arte queri
temus: nam stultum est non optima queque sibi ad imitādum pre
ponere: ut si eo pertingere non ualeamus: at ppius: q fieri potest
accedamus: Ad tam perfectā memoriā: et dispositionē naturali
optima: et arte exquisitissima opus est: neqꝫ potest ars illam profit
cere: qdam naturā ualde mancham genuisset: proderit illi tamē: red
detqꝫ meliorem. Iam igitur rem incipiāmus.

Capitulum secundum de medicinalibus auxiliis

Emoria Iohanne Scotto auctore secundo sentētiārū distin
ctione xxii: Pars est secunde portiōis anime. due sunt enim
eius portiones. ut per alteram deus cognoscatur: per alterā p
ximus diligatur, huius ptes tris sunt; Memoria; Intelectus; et Vo

Iustas. Fuit autem inter philosophos non parua controversia: in
qua parte cerebri locaretur. Nā Aristotiles secūdo de animalibus cō
surgere bonam memoriam censuit ex bono totius cerebri tempera
mento: Verum Auicēna et ferme doctissimus quisq; arabs in ante
riori cerebri uentriculo sensum cōmunem: extimatiū in media:
memoratiuam in postrema cellula posuere. sic cōuenit: ut plurimi
inter medicos. Verum tamen Gallienus secundo tegni: cum signa
complexionis cerebri ponit p operationes sensuum interiorum.
facilitas inquit discendi signum est fluētis: hoc est humidi cerebri.
et bona memoria signum est permanentis: hoc est siccii. ipse igitur
signa positurus non anterioris tantum: aut medie: aut posterioris
celle cerebri: sed totius complexionem expressit: ac si memoratiuā
in toto cerebro esset. Sic Aristotiles facilē discētes raro bonā ha
bere memorīā cēset. q; si in postrema cella memorīā: in anteri
ori cōmunem sensum statuisset id quidem sepe posset contingere:
ut anterior humidus sit: postremus uero siccus: cum inter utrumq;
unus uentriculus intercipiatur. Trusianus et ipse communem se
sum non in priori tantum cella: sed in toto posuit cerebro. Igitur
et de aliis potentis consimiliter senserat. non ergo cōuenit: in qua
parte sit cerebri: sed in postrema existere cōmunes philosophi rati
sunt. Solent et morbi memoriam interdum auferre. interdum
corrumpere. Interdum imminuere. Natū Boetius in predicamen
torum commentarii cap. de qualitate: fertur inquit quidam suasis
simus orator egritudine febrili decoctus omnium litterarum ami
sisse doctrinam: in aliis uero rebus sanus et sibi constans. Scribit
et Plinius libro septimo cap. xxiiii. hec uerba: nec aliud est eque
fragile in homine morborum et casus iniurias atq; etiam motus
sentiens: aliquando particulatum: interdum uniuersa: Nam ictus
lapide oblitus est litteras tātum: et ex prealto tecto lapsus matris:
et affinium ppinqorūq; cepit obliuīsem. Alius egrinus seruorū
sui ēt noīs Messalla coruinus orator oblitus est. Itaq; sepe deficit:
tētāt: meditatur: uel quieto corpore: et ualido sōno quoq; serpente
amputatur: ut inanis mens querat ubi sit loci: Sed et Auicēna pri
ma tertii tractatu primo cap. vi. Gallieni auctořitate commemorat
propter cadauerā in Ethyopia cepisse aliquando pestilentiam: que
ad Greorum repserit terras, si qui ex ea sanaretur: eos oīum

b.i.

rerum obliuionem cepisse. Constatit igitur memoriam posse medicinali artificio seruari; et augeri; cum constet eam morbo; et imminui; et auferri; ac ueluti infantem stolidum reddere; ut ait Auicena prima tertii; quia fantasmatum copiam aufert. Sic q̄ cogitatione actus; et discursus; ratiocinatioq; non commode fieri possunt; sicuti et non bene fit in infantibus; in quibus ymagines pre humilitate nimia abolētur. **C**Dupliciter. n. cogitativa uirtus ledi pōt. aut. n. medius uetriculus; in quo cogitativa existit; frigiditate; humiditateq; confunditur; aut ei defuncta fantasmata; que in memorativa seruari debeant. Contra hoc tamen esse uidetur; quod Auicena vi. naturalium particula quarta sentit dicens. memorativa est magis immaterialis; sed magis econtra huic dicitur; uirtutem memoratiua duo continere; Nam et quas a cogitativa ymagines recipit conseruat; et hoc sat materiale est cum materiali iuuetur instrumento. s. sicco proportionato et recognoscit seruata; nisi enim recognosceret non magis ea redderet; que ab ea repetuntur; et hec uis est immaterialis. Verū Gentilis hanc uim idem esse uoluit qd cogitativa recognoscens; licet in memoria nuncupetur. Est igitur; us breui rem absoluamus partim magis materialis q̄ cogitativa; ptim minus materialis. **C**Accidit autem memorie; ut immittatur; Accidit ut auferatur; accidit ut corrumperatur; et alterum pro altero reportet; Verum corruptio melancholie species est: ea ppter Trussianus secundo regni quando ponuntur signa egritudinis cerebri: duo tantum nocumenta memorauit imminutionem scilicet; et ablacionem; Igitur quia corruptio a calido; et sicco fit; nō erit de ea hoc loco disputatio; sed de ablitione tantum; et imminutione: neq; putamus ingratum quid facturi legentibus; si huic de simplicibus opus seculo curam inseram; presertim cum nulla sit futuro sapienti necessario; nullaque cognita minus; Verum ego precipua et experta astiram. **C**Due sunt cause precipue que memorie officiunt. Altera frigiditas; Altera humiditas est: Verum Auicenna Gallienus q; uoluerre plus frigiditatem; q̄ humiditatem officere; quia omnis naturalis operatio calore naturali fit; frigiditas autem confundit naturam; neq; eius opus ingreditur nisi tanq; subdominans instrumentum; ut patet secundo colliger: et prima et secunda primi; et a conciliatore differētia sexagesima pma id secūdo canticorū cōmēte

8

xv. uocat eum calorem clementorum hoc est qui est sicut elemen/
tum nature; et tractatu tertio commento. clv. Eius igitur contraria
quod est frigiditas obest plurimum; Verum obest mediactus: hu/
miditas uero immediacus: quia cum memoria confortetur siccio
proportionato: cuius est retinere: ut tertio de aia: ergo confundit
humido tanq; disproportionato. frigiditas quoq; omnibus opatio
nibus uniuersaliter obest; humiditas autem magis proprie uidet
obesse retentive. hec cum ita sint potest tamen siccitas supflua im/
pedire ne forme insigilentur: siccq; obesse uidetur retentioni: cum
tamen proprie oblit captioni: sed consequitive retentiōi: quia quod
captum non est teneri non potuit. Verum frigiditas quia motum
spirituū impedit: cum eius sit quietare: sicut calidi mouere: ut in /
quit Auctēna: inquit et Aristotiles. xiii. particula problematū tex/
tu secundo. Igitur hunc motum necessarium ad memorādum im/
pedit frigiditas: sed retentionem impedit humiditas: siccq; cessare
possunt ambiguitates utrum frigiditas plus oblit cū eius filia sit
obliuio: ut dicit P aulus cap. xxviiii. an humiditas: qd apd multos
dubitatum est. **C** Quia autem apud Gallienum in libello de rigo
re. calor naturalis nō est purus calor: sed compositus in quo est p
ortio omnis equalitatis; ideo non omnis caliditas bonam memo/
riam facit: aut non omnis siccitas: sed certa et proportionata: omnis
uero discrasia immoderata deicit actum proprie uirtutis. Verum
si supflua frigiditas immoderate iūgatur siccitatē cōsurgere opor/
ter pessimam memoriam; et in capiendo indispositam: et in recogni/
tando hebetem: Si autem coniungatur caliditas siccitatē uelox qui/
dem erit spirituum motus: sed difficilis fiet inscriptio. Erit igitur
caption difficultas: sed rememoratio sat facilis; Verū hec oīa uaria ca/
liditatis siccitatē q; pportio uariabit gradualiter: sic et in aliis dis/
crasiarum lapsibus sentiendum est. **C** Signa igitur breuisbus ex/
plicemus: si siccitas dominetur: uigilie aderunt: capitū leuitas: et
nō abundabunt ille supfluitates: que naso palato atq; oculis expeli/
lunt: sed multum erit auriū certum qd ad memoriam pertinet: pre/
sentia difficile inscribuntur. Inscripta difficile amouētur. hinc fit:
ut que diudum gesta sunt ea melius teneāt: melius qd reddāt: q que
ex proximo gerūtur. Videmus hoc in semibus: q eas res pulchre
memorant: quas in adolescētia gesserūt: eas quas eodem gesserint

b. ii.

anno non refinet.

C Vbi uero dominatur humiditas: adeo somnus grauis: et profundus. hebetes sunt in omnibus motibus: presentium bene recordantur: dudum uero gestarum rerum: aut nequaquam: aut difficile. humiditas enim et facile admittit: et amittit facile impressionem. frigiditas stupidam mentem efficit. infert uertiginem. tardam rememorationem: caliditas uelocitatē importat motuum: et recordationis: et caput tactu calidū. si itaq; due qualitates combinentur: complicari conuenit et signa earum tāta proportione: q̄ta uariabuntur qualitates: aut intendentur: que neq; quaq; difficile erit ex predictis intelligere. possunt quoq; hec discrēs: aut esse qualitates tantum: et non habere coniunctam materiam quantitatis notabilis: aut coniūgi humoribus multis qualitatum consimilium. Inesse autem materiā ex suis signis facile cognosces: que a doctoribus suis locis ponuntur: et a me satis copiose collecta sunt in commentariis aphorismorum Ypocratis secundūdo aphorismorū cōmento. xxii. in digressōe magna. **C** Est et nō ignorandum has causas loco interdum differre. aut .n. causa nocēs est in substantia cerebri posteriore: in qua parte est memoria iuxta opinionem Auicēne. aut est in sensu ipso: qui in uentre continetur: aut in uase hoc est in superficie uentriculi posterioris: sic. n. exponit Gentilis uerba Auicēne: qq; potest etiam intelligi: aut in paniculis: aut comissuris substantie cerebri: in quibus spiritus cōtinet: aut in uase hoc ē in craneo. **N**ā quis dicat Gallienus in decimo interiorum cap. tertio in craneo non posse esse passionem que tollat memoriam: si tamē hec passio sit magna ualde: pōt immuovere: si non tollere: ut Gentili placet: ymo materia: et omnē no cumentum in temporibus cōmunicari potest memoriē: et obesse: q̄ ibi locus materie capax: est et uarius musculus sensibilis: et craneum ibi est tenue: ut innuit Haliabas nono theorice cap. de cāis obliuionis. Sic possent et alia multa in aliis membris nocēt mēta et cōmunicare et ledere: que brevibus enumerari nō possūt. Preterea materie ipse aut apostema faciunt: ut in litargia cōtingit aut non faciunt. **C** Quod autem attinet ad pronosticum. obliuio a natuitate reportata difficile tollitur. Causa calida et sicca fixa non facile quoq; remduetur. si corpus sanum in ceteris rebus appareat: nisi quod preter consuetudinem sit diminuta memoria: ei

nisi succuratur male egritudines timende sunt. Lytargia. s. epilepsia ap
poplezia paralesis expectadeq; reliq; huiusmodi: q; ex materia flegma
tica in cerebro multiplicata in cerebro possit confari. sic sensit Aui
cenna. sic et Rasis primo continentis: Que ex humiditate aut ex fri
giditate facilius aboletur: quod plerunq; quidē dominis scolaribus
solet euoenire: nam facilius est efficare et tuius: sic et calefacere: q; et
contra: presentem in cerebro: quod est principale membrum: et est fri
gidum et humidum: similis igitur lapsus adeo non est formidandus:
ut dissimilis: audentius q; procedimus calefaciendo: q; infrigidando.
membra enim principalia timemus magis infrigidare: q; calefacere.

Curationem postremum inchoaturi sic exordiamur. Si causa ha
bet materiam apostemansem: cura apostematis ei adhibeatur: uelu
ti sapientes medici suis locis tradidere: Si autem materiam habe
at: sed non apostemansem ea digeratur: soluaturq; ateq; applicare re
media quis audeat. nisi. n. expellatur materia: hec obesse sepe pos
sunt: prodesse autem nūq; neq; uero per digerentia: aut soluentia di
labor: copiosi enim in hiis sunt libri: et mediocribus etiam medicis
cogniti: Verum ubi euacuata fuerit materia: hec que dicturi sumus
obseruentur.

C In causa frigida et humida tres sunt intentio
nes curandi. prima est: ut euacuato corpore: etiam caput particulari
ter euacuetur: et hec habet modos sex. **P**rimus ut pillule exhibeā
tur in sero: quales sunt apud Mesue yera Gallieni confortata cū ca
storeo: et colloquintida: fortiores erunt si yera magna exhibeatur cū
nuce muscata: aut theodoricon: Verum ego in appropriatis pyllulas
meas scribam: quarū receptio est. Recipe thuris masculi mirre electe:
zizibis an. 3. i. se. pulueris capitis upupe. 3. ii. accori. 3. ii. yere ma
loris. 3. ii. castorei colloquintide an. 3. se. confice cum terbentina: et si
at pasta: et dentur pillule paucæ sed grosse supra leuem cenam in let
ctum descendantem: possunt etiam auferri ea: que soluunt et dari nō so
lutue. **S**ecundus modus est masticare in mane zinziber: ut sali
ua multa expellatur: pdest et accorci: et nux muscata: et piper: et cul
bebbe cū mastice: in omnibus. n. eligenda sunt que et intentioni cō
ferant: et a proprietate confortant. **T**ertius modus est: caput obtar
mico alleculare qd potest taliter cōfisci. Recipe succi maiorane. 2. ii. suc
ci accori. 2. i. nucis muscate. 3. i. se. musci grana duo: Inde per nasū
in mane tepidū trahatur ante cibū ore pleno aqua frigida: que postea
expellatur: Nasus quoq; sepissime emūgatur: et sepe expuamus nam
generari catarrū ēt in eo q; satis canones seruet: hac etate nostra ope
r. iii.

et; quem utilius est expuere; q̄ inglutire; ne aut in stomachū eat; aut in
peetus. **¶** Quartus est gargarisma deponens flegma; et confortans
caput; potestq̄ fieri sic. Recipe accori. 2. se. origani pullegii an. 3. ii.
buliat in aqua cōmuni; et tādē collētūr; et in. 2. x. collature pone oxiſ
mellis squilitici. 2. i. se. mellis ro. 3. ii. misce; et tepidū gargarizet in
mane. **¶** Quintus est frictio totius corporis primo; deinde capitī;
hoc. n. cōfert capiti; ut Cornelius celsus libro primo cap. xiii. debet
aut̄ a tibiis incipi frictio; postea paulatim superiora semp fricēt; ut de
orsū uertatur materia: quāpp̄ id ne cōtingat in pleno cachochimiq̄
corpo fieri nequaq̄ debent: eiusdem generis est et capitī pectinatio
sic. n. et Cornelius celsus; et Aristotiles ad Alexandrum imparunt.
¶ Sextus est clistere pro materia forte. nō tamē acutū. hoc. n. ab in
terioribus euacuat a superiorib̄ diuertit; ut dicit Auicēna quarta p̄mi.
¶ Intentio secunda est dieta conueniens: ait. n. Gall. p̄mo de pno i
stico et pnoſticōe cap. ix. hoc cōcē peccatū a medicis fieri; materias q̄
de peccatēs euacuāt; quomō aut̄ altera ſimilis generet negligūt pui
dere. Nos igitur nō id negligamus: ymo diligētissime p̄uideamus;
qd̄ ingenuē fiet: si canones. xii. ſeruabūtur circa cibū et potū. **¶** Pri
mus est: ut fugiat rerū quarūlibet nimia repletio; apd. n. rabi Moysē
concordati ſunt antiqui: qd̄ plus nocet nimia de bonis cibis comedet
re q̄ parū de malis. **¶** Secūdus est: ut nō edant niſi eo tpe quo fames
urgeat. **¶** Tertiū est: ut oia euaporātia: replētiā caput dimittātur
ut legumina: fructus: et brasice. ſunt. n. de maxie euaporātibus ad ca
put: ut. xiii. tertii. cōcedi tamē post cibū ſolēt pīra cocta: aut citonia
tosta: et in calido ēt grana dulcis: aut muzzi granati: quorum ēt nu
clei comasticētūr. **¶** Quartus est: ut brodialia iuſcula: oiaq̄ nimis
humida effugiātur: quia addūt in humiditate: cuius curā intendimus.
¶ Quintus est: ut q̄ a p̄prietate nocet memorie dimittātur. Nam cel
pe hoc facit: cum habeat humiditatē grossā: habeat et cōiūctam calidi
tatem: que humiditatē fert ſursum: et facit penetrare in loca: in que
nō penetraret: oia quoq̄ acrumina ſuge: ut cepas. allea: porros. Eſſet
hoc loco futura lōgissima diſputatio: Verū ſat p̄ hoc opus ſuis capitū
lis diximus. In illis igitur requirātur: neq̄. n. oia repetere confiſſum
est: ois mala mafticatio praua eſt. **¶** Sextus eſt: ut cruda relinquātur
ēt ſi cum aceto comedantur. **¶** Septimus eſt: ut leuis ſemp ſit cena.
¶ Octauus eſt: ut ois cibus in coriandris ſiniatur: aut iuniperis: aut
crusta panis: ſupra quā nō bibāt. **¶** Nonus ut uinū uinoſū effugiae

*cōis medicor
crror*

*cibus, et
potus qualib.*

nasti himis uaporosū est; fertq ad caput indigestā materiā; et ad alia membra; et licet sit calidum; frigidos tamen generat morbos; ut secūdo de accidenti Galienus testificatur; licet sit causa bone digestionis magis sitim quietans q aqua; ut Aristotiles secunda problemati tex; quarto. suffocat tamē virtutem precipue si immoderate bibatur.

Decimus acetum sit accutissimum et calidum in usu exiguo cum cinamomo et ponatur in uasco accorus; et pullegium: de qbus suis capitulis diximus in hoc libro. **V**ndecimus omnia cibaria; que diu in stomacho morantur effugiantur; ut caseus et omnia supstue pin guia; et pisces quia chīnum flegmaticum generant; et pastamentalia.

Duodecimus oēs nucleosi fructus solent obesse; ut nuces; et auelane; et castanee; et amigdale. **A**er hēt canones quinqꝫ. primus ut clarus sit; et luminosus. alter ut sit siccus q̄um fieri pōt. Tertius ut non sit uentosus; sed proprie fugiat austrum; et boream: ut disputauimus. tertia aphorismorū commento sexto. Quartus ut aer camere de puret ne ullo modo fetidus sit; apperiantur fenestre; et redolētiū rerū fasciculi cōburātur; ut lūniperi; lauri; saluie; origani; et cetera. Quintus: ut sustumigetur cum thure; aut cū mirra; et in magnis uiris cum belzoi. **S**onus habet canones sex. primus ut sit equalis uigilie nō in tempore. sed in effectu; ut s. tantum uigilia resoluat q̄tu somnus humectat; et parum plus. Alter ut meridie non fiat; quia ut dicit Auicēna tercia primi generat egritudines humectantes; et reumatīmos. Tertius non fiat cito post cenā; sed saltē medient hore due; sed non supra renes; quia materiam fluere facit in posteriorem cellā cere bri. Quartus ut capite bene eleuato et bene cohopto fiat. nō tamē supflue; quia teste Bernardo gordonio nimia tectura caput debilitat re t soluendo; sic dicit et Gerardus in gloſa uatici. Quintus ut non sub radiis lunae; nec in loco uentoso. Sextus ut prius supra latus dextrū fiat postea sup sinistrum; postea iterum super dextrū; et pderit in ore tenere frustrum nuci's muscate. **M**otus habet canones sex. primus ut ante cibum fiat. secundus: ut sit longus; et pro corporis robore la boriosus; ut bene resoluat. tertius ut p loca amena et sicca. quartus ut post cibum nō laboret. quintus ut omnes corporis pīcule simul exerceantur; ut Galienus scribit ad ephigenē. simul ergo disputet. ambulet. manus moueat. sextus ut motus sit longus et quotidie fiat. Repletio habet canones duos. primus ut nunq̄ repleatur. secundus ut omnem supfluitatem suis expellat tibibus; aut per se ipsum; aut cum

sommus

motus

repletio

coitus

auxilio. Ita q[uod] ab omni corp[us] p[ro]p[ter]e unde supfluitates mitti sol[er]t emis-
tatur. **C**oitus habet canones noue, primus ut sit rarus; et non nisi
cū natura sponte id poscit. secundus ut non fiat tpe plenitudinis sto-
maci. tertius ut non fiat tpe famis. quartus ut fiat in fine digestiōis.
quintus; ut tam expulse sint supfluitates. sextus ut fiat cū dilecta: nō
cū feda; aut cum muliere quam non ames. septimus; ut post ipsū dor-
mias paululū. octauis; ut si tibi coitu grauior factus videaris ab eo
abstineas. nonus; ut nō sit in ultimis diebus lune p[ro]p[ter]e cōunctionem.

accidentia ai

CAccidentia animi tres canones continet. primus; ut tristitia oio ex-
fugiatur. alter; ut cura rei familiaris: q[uod]um fieri potest annoeatur; ut
apud Claudianū. pectora nostra duas nō admittētia curas. tertius; ut
egitatiōe et meditatiōe scientiarum oblectetur. Nam apud Aristotil-
lem, delectatio perficit opus. **C**Intētio teria est cōfortatio: que sit par-
tem cū extra appositis: p[ri]mū cū hiis que iatus ponūtur. **E**xtra appo-
nit capitis lotio: q[uod] suis t[er]ribib[us] fiat; et h[ab]et canones. 4. p[ri]mus ut raro fi-
at. puta oīb[us] octo dieb[us]. secundū ut fiat in mane stomacho uacuo. tertius
ut in aere calido et sicco nō uentoso. quartus ut fiat cum hoc lexiuio.

Fiat cinis cum lauro et origano et edera et iuniperis et quercur: cum
hoc fiat lixiū cū aqua in qua prius hec bulierit. **R**e. accori. M. i. se-
foliorum lauri. M. i. postea fiat lixiū: et eo facto impone florū ca-
momille. M. i. quia concoctionem nō substinet: et lauetur: et cū hoc sa-
pone cōfricetur: Recipe sapōis gallici seu solidi libr. ii. accori. 3. iii.
affodillorū maiorane an. 3. i. nuciis muscate. 3. iii. pistā oīa subtiliter
et cribella: postea malaxa cum sapone et fiant magdaleones: melius
tamen est ut feces aque: quā scribam in sapone ponantur et bene ma-
laxentur. in fine postea bene exsiccatur caput cū pānis cōfricando:
non ut caput opponat igni: quia trahit vapores in cerebrū. **A**p-
ponitur extra et odoratoriū. cōueniet igitur pomū ambre descriptiōe
cōmuni. q[uod] tamen ex calidioribus fiet in hyeme: ex minus calidis in
estate: et effugiat omnem fetorem. Apponitur extra: et uescitorium:
quod si post aures fiat cum lacte titimalorū aut cātaridibus: et diu ap-
tum teneatur expurgat caput a multa humiditate. Ab extra ēt sternu-
tamenta applicantur. Ab extra fuffumigia: que si in camera siāt erūt
utilia. **A**b itra āt cōferūt hec. sticados. maiorana. nuxmuscata gari
ofili. buglosa pulcherime confert ideo in vase Vini ponī debent eius
fassiculi. Zinziber est nobile siue cōditū bis in ebdomada aut ter ie-
funo stomacho accipiat: et horis quatuor ieiunet post ipsū: siue ēt nō cō-
ditū masticet: et igluiciat, thus masculū albū decoratū itegre p[er]cipitū

sapo

odoratoriū

est. Ita ut si zinziberis thuris an. 3. i. deuores: et supra ipsi dori
tmias plurimum confert. Mirabulani quoq; chebuli conditi si omni
ai ebdomoda unius pulpā edas ieuno stomacho: et horis quatuor
post ipsum ieunes. Si simbrium etiam cōfert, et est herba orti sclā
rea: et ortina: et silvestris: que dicitur gallitricum. gumi edere:
et pulegium: et accorus: qui est de precipuis. Turtur avis mire cō
fert; et mirius caput upupe. Solent etiā fieri unguenta ad illū
niendum multa; Verum hoc est precipuum. Ex radicum buglose
et fumiterre an. 2. iii. radicum ruthe 2. ii. in umbra prius siceata
subtilissime terratur, succi gallitrici, succi eufragie, succi berbene
an. 2. iii. medulle anacardi. 2. i. testiculorū castrati biénalis 2. i. li
gue auts. 2. ii. piguedinis ursi: et medulle spatule dextre ei² aut sal
te ossis illius spatule exſiccati. misce oia in fartagine: et fiat ungu
entū: quo posterior pars: et capitis pulsus ter in anno inungant
uere. 1. hyeme: et aurūno, alid p̄cipiuū. Recipe gumi edere. 2. i. ter
berbine lote in uino decoctionis accori libras duas: florū anthos
et saluie et betonicae. an. 2. ii. se. florū edere. 2. ii. salis gēme. 3. iii.
pinguedinis ursi antiquate libr. se. maiorane camomille. an. 2. ii.
omnia mixta distilentur: et quod distillatum est in uase uitreō bene
obturret: et cum musco aromatizeretur: et fiat ut de priore linimēto
C Guido pater meus sic descripsit Recipe olei philosphorū mel
sue libr. iii. olei antiquissimi olivarum: aut si non habetur sit subli
matum: olei de alchanna an. libr. ii. piuguedini talpe et mustelle
et ursi an. 2. ii. castorei. 2. iii. sueci accori libr. iii. succi anthos:
succi betonicae an. libr. se. succi gallitrici et ciperi an. 2. iii. malua
tici libr. ii. aque uite libr. medium. bultaut omnia lento igne usq;
ad aliquā cōsumptibēm: postea impone hec. Recipe laudani. 2. i.
se. nucis mucate. 2. se. macis garofilorū: euforbiū: omnium pipū
an. 3. ii. et pista omnia et impone et repōe omnia simul in uase be
ne clauso per dies: xxx, postea at impone in alembico et distiles:
et usdetur: quia quod ultimo exit est fortius: et callidius: hoc un
guentum profectio est efficax: quo tēpora: et posterior pars cerebri
perungit: Verum presupponit bonam euacuationem et régimē
bonū: in hyeme fieri potest semel in ebdomoda: quādo mane uis
caput lauare. in estate sufficit semel in mense. Inueni autem: q; fel
leopardi mirabile est. Verum experiri non potui: quia nō potui ha

Vnguentū

pos sumēda

bere. **C** Per os autē conuenit inter philosophos cōfessio anacardina: q[uod] confert obliuioni et canicieci ante horam: et morphē et baras: Rasis libro diuisionum duas ponit descriptiones; Verum Mesue in summa tertia rubrica de imminutione memorie describit sic Mirabulanorum: chebulorum: indorum: belliricorum: emblicorū an. 2. iii. piperis: macropiperis: ollibani: zinziberis: isopi sicce: accori: spice: ciperi: mellis anacardi. an. 3. v. mellis apum q[ua]ntum sufficit: dosis apud rasim est sicut iuiuba: et Mesue in antidotario distinctione prima multum uariat eam. Addit. n. bedust. 3. ii. costi anacardi zuchari tabarzet. burungi. baccarū lauri an. 3. vi. cipe / ri. 3. iii. et dosat. 3. ii. cum aqua feniculi et apii: et dat post sex mens. sed caueat summens a labore. ira et ebrietate. similem descripitonem omnino ponit Auicēna. quinto canone summa prima tractatu tertio capi. xxv. et serapio ponit aliam translatā ut dicit a Salomonē: ponit aliam: et Rasis nono almansoris. **C** Verum scribā rem magis tutam: et ad memoriam maloris efficacie; preeedentibus rebus prescriptis obseruatis canonibus et est placida usui. Recipe nucis muscate: gariofilorū: zinziberis: oīum piperū an. 3. iii. se. Ioni perorum. 2. se. iperononis: corticum citri: florum anthos: basiliconis: maioranē: mente: pullegii: bacharum lauri: calamenti: spilce: xiloaloes: cubebarum: cardamomi: calami aromatici: sticados: an. 3. i. thuris masculi. 2. i. camedreos: camepitheos: melegete: mācis. an. 3. i. se. accori. M. i. se. origani: isopi sicce: ruthe: gariofilate aristologie utriusq[ue]: peonie: cubebarum: cassie lignée: pollipodii: squinianti: celidone: agrimonie: pimpinelle. diptami: tormentille: scabiose: maratri: anisi: cimint: siselleos: nasturcii: an. 3. i. tiriace antique. 2. i. aque uite glorificate secundū artem: quā cap. de aqua uite scripsimus: aut saltem sit ex bono uino: et quater distillata: Recipe eius libr. viii: et impone omnia predicta bene pistata: et critrata: poneq[ue] in uas uitreum clausum: et sine per dies. xl. fermentari: postea autem in alembico uitreo infundatur. nasus q[uod] bene luetur cum recipiente ne odor evaporet: et quater disulletur: eam semper remittendo super feces suas: nisi q[uod] in quarta distillatione addatur omnium mirabulanorum anacardorum an. 3. ii. se. pistat: et agmina impedit: et collatum in latrone: et fumigatio in uasa: et hinc q[uod] si sit: unius non sufficit: et minime. V. illi sacerdos illis quo

bene; et misce; et sine: ut per dies sex quiescant: postea distiletur
primo lento igne; postea paulatim fortiore; uidébis autem ter colo-
rem cōmutare; primo. n. erit ut aqua; postea subcitrina; postremo
auctio ualde igne siet citrina; decet postea; ut ambra; et musco aro-
matizetur; aqua prima erit remissior secunda; et erit pro incipienti-
bus et pro estate; secunda etiam remissior q̄ tercia; ¶ Modus ac
cipiédi est: ut bis in septimana accipiatur colear unū in sero sine
œna aut mane stomacho uacuo; et ieiunetur post horis sex: si etiā
cū ea illinia tempora et cellam memorie facit mirabilia; et si. n.
Auicenna prima tertii tractatu primo cap. xxviii. dixerit non esse
supra illam partem ponenda epithimata propter priuationem com-
miseriarum; sed supra coronalem: tamē de frigidis loquebat: que
non penetrant; et obsunt nuce; calida autem: et tam subtilia pene
trant: et non obsunt nuce: q̄q̄ non sit negandum quin etiam cor-
ronali imponi debeant. ¶ Solemnis quoq̄ est canon: ut quando
sufficiēter cerebrum erit exsiccatum ibi sistamus: ne in discrasia
sicciam precipitemur: que est infortunior: q̄ humida: ymo melius
est infra subsistere q̄ cerebrum exquisitissime exsiccare. ¶ Causa
atq̄ qui hīs utitur ab ira labore repletione: et cōitu: ac etiam nīs
prius facta euacuatione sufficienti. ¶ Nemo supra ipsam aquam
presumat. eius proprietatē expertam de memoria tūllus dubitet
habet et alias: uirtutem regitiū totius corporis mirabiliter fortifi-
ficat. et ea propter uitam prolongat sic: ut quidam ob eius usum
cl. annos incolmis exegerit: bonum efficit colorem, frigidos op-
pugnat morbos: pustulam malam necat: et omnes morbos ex hu-
morū putredine causatos sanat: et precipue quartanam: paralisi-
et spasmō consert: sanat nefreticos. ¶ Cum hiis tamen iuuamē-
tis habet et nocumenta: quia calidum epar: et caput habentibus ex-
hiberi caute debet. soleo et res uariis membris appropriatas impo-
nere: et ad eorum morbos propinare et feliciter: Verum in memo-
ria nutrienda atq̄ augenda mira res est: sed colericis: exercitatis:
et in estate et regione calida cum sapientia exhibeatur. Ita ut epar
epithimare cōtépet: qd tamē stāte plectoria epithimari nō debet: ut
xiii. tertii; sed et aqua; ut diximus in plectoria exhiberi nō debet.

C Laudavit Auicena dyambram : alii uero utruq; dyamuscum ;
duleem uidelicet et amarum. Ego aut soleo sic ordinare. Recipe ra-
dicum accori incisarum : ut raffanus, libr. ii. omnium piperū zini/
ziberis an. 3. iii. sc. thuris masculi. 2. sc. nucis muscate ; gariofilo/
rum an. 3. i. pisto omnia : et cū melle apum cōfice. Accipiat omni-
sero rotulas duas anteq; in lectū uadar. Si tamen addiūcias species
dyambre : si et muscum apponas non erūt inutilia. Hec hacienus
sufficient de cura eius : que a frigiditate et humiditate procedunt :
Illa autem quam efficit siccitas. digestione. euacuatione. conforta-
tione. humectationeq; perficitur : que omnia quidem copiosius a sa-
pientibus medicis in suis libris tradita sunt. Neq; egent : ut hoc
loco scribantur : presertim cum sint rarissima : et uix nisi in sene cō-
perta. Seruentur igitur modi quos diximus : nisi q; cū rebus fiat
proportionatis :.

Laus sit Xpo Iesu deo nostro eiusq; intemeratae matris Marie

FINIS.

Libellus de omnibus ingenis augēde memorie foeliciter explicit

**Impressum Bononiae per me Platonem de benedictis ciue Bono-
niensem Regnante Inclito Princepe. d.d. Iohanne Bentivolo sel-
culo anno incarnationis dominice Mccccxxxxi, die, xxiiii, Ianuarii**



